



**Miracula Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,  
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac  
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de  
Liesse dictam effulsere**

**Caout, Walrand**

**Coloniae Agrippinae, 1607**

Captius quidam admirabili miraculo libertate donatur, pie inuocata Dei  
genitrice Maria, ibidem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

apud Camberonam in Hamonia. 91

**DOMINA QUAE AD AM TUMORE**  
laborans, sana & incolumis euasit, ubi  
B. virginem inuocauit.

**CAPVT XXVIII.**

**E**odem anno Heroina Chicurani ex timore laborans penè ad mortem, & à medicis deserta, simul atque beatam Virginem Camberonensem inuocauit, sana & incolumis facta, omni cum humilitate prostrata, coram veneranda Virginis imagine læta gratias egit.

**CAPTIVVS QUIDAM ADMIRABILIS**  
miraculo libertate donatus pie inuocata Dei genitricis Maria.

**CAPVT XXIX.**

**A**nno supra millesimum quadringentesimo decimo octauo Petrus Acrimontius mercator Normanus Brugis rediens ad propria cum alijs mercatoribus amicis suis, interceptus à latronibus, captiuus abductus est cū socijs, direpta omni ipsorum pecunia, & abactis equis per Anglos hostes, à quibus in vincula cōiecti sunt, crudeliter loris deuincti per plures dies & noctes. Inter hos captiuos vnus erat

erat qui assidue gloriosam Virginem Camberonensem in auxilium inuocabat: ex qua quasi Petrus iam nominatus vbinamque imago illa, cuius ipse toties meminerat, respondit illam esse in Hannonia tali loco. Tum Petrus magni animi seruitutinis intimis precordijs afflictorum patronam inuocans, vult, si vinculis liber abiret, se ad patriam Virginis Mariæ imaginem visendum profecturum. Eius preces tam felicem curam sortitæ sunt, vt compedes sponte soluerentur & antepedes eius prolaberentur, aperto presentia & aspectu custodum carcere, & in medios hostes sanus & incolumis egressus absque vilo impedimento, ne quidem inuoluntarius qui pro Ciuitatis portis excubabat, liber dedit se in viam; neque conueniens, ubi tanta, totque miracula beata Virgo patriæ succuerat. Ibi quam maximas potuit gratias agere beatæ Virgini remque totam loci Mysteriis enarrauit. Hic autem Petrus circa beatæ Virginis Assumptionem captus, Camberonam venit ad decimum Septembris insequentis.